

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4978

Auteur(s) : Geoffroy Chef de Ber, de Crestot [particulier]

Bénéficiaire(s) : Robert le Maçon, de Pont-de-l'Arche [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1280, 28 mars

Lieu d'émission : Pont-de-l'Arche

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Geofroy Chef de Ber vend à Me Robert le Maçon une pièce de terre à Crestot.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCCXIV, p. 322-323.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod ego Gaufridus Chief de Ber, de parrochia de Crestot, vendidi et concessi et omnino dereliqui magistro Roberto Lathomo, quamdam pechiam terre, continentem quamdam acram et quatuor percas, sitam in parrochia antedicta, et vocatur ager Presbiteri, sitam inter terram Aalicie Lapuogrese, ex una parte, et les sommiers de Campis Castelli, ex altera, aboutantem ad campum Guilleberti Letaquier, pro vinginti libris turonensium de quibus jam michi satisfecit. Tenendum et habendum et possidendum predictam pechiam terre predicto magistro Roberto et heredibus suis, libere, quiete, et pacifice, et absque ulla de cetero mei vel meorum heredum reclamacione, per unum caponem de redditu michi et heredibus meis a dicto magistro Roberto et heredibus suis, singulis annis, ad Natale Domini persolvendis. Et licebit autem de cetero predicto magistro Roberto et heredibus suis de predicta pechia terre, ut dictum est, omnem suam penitus facere voluntatem, sicut de sua propria hereditate, salvo tamen jure dominico et redditu meo supra dicto. Et ego predictus Gaufridus et heredes mei, predicto magistro Roberto et heredibus suis predictam pechiam terre contra omnes gentes garantizare et deffendere debemus predictum caponem, et ab omnibus redditibus aquitare, vel alibi, si necesse fuerit, in nostro proprio hereditagio, ubicumque sit, valore ad valorem excambiare tenemur, et in futuris tenebimur. Et quod hoc ratum et stabile futuris temporibus permaneat, hanc presentem kartam predicto magistro Roberto feci, et sigilli mei munimine roboravi, et ad majorem affirmacionem hujus rei ballivus Rothomagensis, ad petitionem meam, presenti karte sigillum ballivie Rothomagensis apposuit, una com sigillo meo. Actum anno Domini M° CC° octuagesimo, mense marcii, die jovis post mediam cadragesimam, in assisia Pontis Arche.